



97
inpropheta sed rursum se recedebat; quando dicitur & factus
est sermo ostendit quia spiritus qui recesserat rursum ueniebat; quan-
do enim irascimur quando & detrahimus quando tristitiam habe-
mus quae ducit ad mortem; quando cogitamus ea quae carnis sunt
putamus quia spiritus permanet in nobis; speramus quia spiritus eo manen-
te in nobis fratrem odimus; quia mala aliqua cogitamus; si quando
ergo boni aliquid cogitamus sciamus quia spiritus habitat in nobis;
si uero aliquid mali signum est quod spiritus recessit a nobis; in sal-
uatore uero propter eadem dicitur; super quem uideris spiritum sanctum descenden-
tem & manentem in eo ipse est; & statim spiritus expulit eum in deser-
to. Quam monachi qui habitant cum parentibus suis si descenderit
spiritus & manserit super eos ipse spiritus expellit eos in desertum spiritus expel-
lit eos de domo & ducit in solitudinem; spiritus non libenter habitat ubi
turbatur & frequentia & dissensiones & rixae sunt; sed spiritus proprie
seculum habet & solitudinem; denique & dominus noster atque saluator
quando orare uolebat solus in quid recedebat in montem & ibi
totam noctem orabat erat in die cum discipulis in nocte orati-
onem suam pro nobis patri dedicabat; hoc totum quare dico quia
solent aliquanti fratres dicere si in coenubio mansero solus orare
non possum; si uero quid dominus noster dimittebat discipulos utique erat
cum discipulis; sed quando uolebat orare intentius solus recedebat;
& nos ergo si uolumus orare plusquam in publico; habeamus cellulam;
habeamus agrum; habeamus desertum; possumus & uirtutes habere de
fratribus & solitudinem habere prestante christo domino nostro qui uiuit
& regnat in saecula seculorum amen
EXPLICIT OMELIA IN OMNINO EUANGELISTA INCIPIT OMELIA
IOHANNIS CHRYSOSTOMI IN LUCAE EUANGELISTA

21
XXXI.
Homo quidam erat diues; qui dixerat memorem uisus potest duobus do-
lestis de seruire & mammonae & rephensum fuerat a farisaeis quia uari